



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Catechesis Pverilis**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiae, 1543**

**VD16 M 2628**

Licet ne Christianis tenere proprium, & esse diuites?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33561**

**C**um agnoscimus nostram infirmitatem, & fide credimus nobis propter Christum remitti peccata, fit hoc præceptum cum inchoatur obedientia, uidelicet cum petimus & expectamus ex Deo uictum & fortunas, & simul iuxta mandatum Dei laboramus, & iuste partumur, & propter timorem Dei cauemus illicitos modos querendi res. Item damus de nostro necessarias eleemosynas propter mandatū Dei, inuamur quantum possumus de nostro ecclesiam, uidelicet ministros euangelij, & studia. Item rene publicam. Hic magna consolatio est pijs, intelligere, quod hæc obedientia Deo placeat, & quod hæc ipsa œconomica officia, id est, diligentia parandi facultates, & legitimus usus earum, sunt cultus Dei.

**Licet ne Christianis tenere proprium, & esse diuites?**

**L**icet tenere proprium & habere diuitias, sicut multæ sententiæ testantur. Paulus ad Timoth. ait, Præcipe diuitibus ne superbiant etc. Non igitur prohibet esse diuites. Et in genere tenenda est regula, quod euangelium non aboleat politicas ordinationes. Pertinet autem & distinctio dominiorum ad politicas ordinationes.

nes.

nes. Item **E**uangelium uocat ad **C**hristum reges  
 & principes, manentes in imperijs, **L**icet igitur  
 esse diuites. **S**ed **R**egula **S**alomonis tenenda est,  
 qui ait, **F**ontes tui deriuentur foras, & tu domi-  
 nus eorum esto. **H**ac figura pingit & proprieta-  
 tem rerum, & eleemosynas. **U**t enim alijs conce-  
 dimus ut ex fonte nostro hauriant aquas, aut de-  
 ducant riuulos, ita tamen, ut nos fontis domini-  
 retineamus, sic ex fructibus nostri patrimonij  
 congerendæ sunt eleemosynæ, ita tamen, ut fun-  
 dus nobis sit saluus, seu ut sit incolume patrimo-  
 nium. **N**am & reipubl. caussa opus est esse mul-  
 tos diuites. **I**gitur utraque uirtus necessaria est,  
 parsimonia in conseruandis patrimonijs, & libe-  
 ralitas in largiendis eleemosynis, sed necessarijs.

### Quæ sunt eleemosynæ necessariæ?

**T**ria genera sunt præcipue necessaria. **P**ri-  
 mum, conferre aliquid ad ministerij eccle-  
 siastici conseruationem. **H**oc officium sæ-  
 pe præcipitur in scripturis. **C**hristus ait, **D**ignus  
 est mercede is qui laborat. **E**t **P**aulus ad **C**orint.  
**S**ic & **D**ominus ordinauit, ut ij qui annunciant  
**E**uangelium, uiuant ex **E**uangelio. **E**t addit ma-  
 gnas promissiones **C**hristus in **E**uangelio, **Q**ui  
 G 2 dederit